

Verehrer JOSEFS, der Wonne der Germanien! —  
 Man drängt sich hier Dich in Triumph zu sehn,  
 Der Du zu des gesamten Reiches Ruhme  
 An diesem teutscher Herzen Heiligtum  
 Den Tag der allgemeinen Freude herrlich zierst.  
 Dein Werk verräth Dich selbst — Du führest  
 Den Namen JESUS, der die wahre Fürstenwürde  
 Gepréisen überall zu unsers Kaisers Zierde  
 In jeder Tat verbreitet und vermehrt;  
 Der durch wohltätige Beweise lehrt,  
 Verdienst und Wissenschaft, und Kunstfleiß aufzuwecken,  
 Der heut uns heißt die Festeswonne ganz zu schmecken,  
 Der dieses Wagens Rund vom Gold gewebt, gesickt  
 Hier samt dem Wappen Deiner hohen Ahnen schmückt —  
 Wer sieht nicht hier Geschmak, Kunst, Altertum!  
 Wer fühlt sich heute nicht wie im Elsium? —  
 Ja, Lob und Ehre strömt in diesem Feierwagen  
 Von allen Reihen zu — in künftgen Tagen  
 Verewiget! — — — — —  
 Ha! JOSEF Deutschlands grosser Kaiser lebe!



1178  
2

# NOVVVS BENNONIS

ANTIqvI BOLORVM PATRONI

SECVLO ALTERO SPLENDOR.

SIVE

PLAVSVS BIS IVBILAEVS

In honorem S. Bennonis Episcopi Misnensis in Saxonia,

Et per duo Secula Bavariae Patroni,

Cujus sacra Lipsana e Saxonia Monachium a. 1576.

Translata, & a. 1580. illata sunt insigni

Electorali Ecclesiae Collegiatae ad B. M. V.

Honorifica inscriptione concinnatus,

Cum secundum Seculum a. 1780. in ea celebraretur.

Seculo Festas referente luces  
Reddidi carmen, Horat. Lib. 6. od. 6.

PLAVDE SAXONIA!

Sancti Bennonis incunabiliis Hildesiae a. 1010. illustrata,

Tanti Episcopi splendore a. 1066. vitae Sanctimonia,

Miraculorum gloria, denique sancta ejus morte

A. 1106. 16. Junii illustrior redditia,

Illustrissima vero,

X

Cum

Cum tui Duces, ac Electores ejusdem Sancti patrocinio a)  
 Ad avitam fidem redire caeperunt tam felici successu,  
 Ut intra 60. annos jam ultra 40. Principes, Filios ac Nepotes  
 Ex stirpe Electorali, & Ducali Weissenfelsiana, ac Citiensi numeres. b)  
 Interruptae per tria fere Secula inter Domum Boicam, & Saxoniam  
 Nuptiae procurante Bennone hoc rursus Seculo celebratae sunt, c)  
 Cum ad stabiliendam magis, ac ornandam fidem orthodoxam  
 Maria Antonia Caroli VII. Imp. & Bavariae Ducis Filia  
     Friderico Christiano Saxoniae Duci, ac Electori,  
 Et Maria Anna Friderici Augusti Polon. Regis, & Saxon. Elect. Filia  
 Maximiliano III. Bay, Duci, & Electori  
     Felicitibus auspiciis a. 1747. nuptiae sunt.

## PLAVDE BAVARIA!

Gloriosum jam per duo Secula S. Bennonis domicilium,  
 Qui mutata in Saxonia religione regionem quoque mutavit,  
 Praesertim postquam Mauritius Sax. Dux argenteam ejus imaginem  
 150. florenorum millibus aestimatam in profanos usus  
 Convertit, a. 1553. aet. 43. glande plumbea in praelio trajectus,

- a) Id quod diserte ait Godifredus Henschenius in act. SS. ad 16. Junii p. 202.  
his verbis: Posteros Saxoniae Principes per S. Bennonis apud Deum precibus feliciter ad fidem Catholicam redire caepisse. Primus fuit Fridericus August. II. Saxon. Elector, & Poloniae Rex a. 1697. Ejus Filius Frideric. Aug. III. a. 1712. Rex Poloniae electus a. 1734. 16. prolium regiarum Pater. Frideric. Christian. Elect. & Saxon. Dux.
- b) Albertus Dux Weissenfels. a. 1692. cum Anna Christina Filia. Christianus August. Dux Citiens. S. E. R. Cardin. † 1725. 23. August.
- c) Anno 1440. Amalia Saxon. nupsit Ludov. Diviti Duci Landishut. Elisabetha Bay. a. 1462. Ernesto Duci Saxon. & Electori.

Abolita penitus inter Saxones fide Catholica  
     Refloruit S. Bennonis veneratio in Bavaria,  
 Alberti V. Bay. Ducus vere etiam sic Magnanimi heroica pietas  
 Sacra Ejus Lipsana ab Augusto I. Sax. Duce, ac Elect. impetrata  
     Suae Regiae Monacensi firmissimae religionis arcis  
 A. 1576. ab urbe hac condita quater centesimo intulit, d)  
     Felix Bavariae Metropolis, cui e Saxoniae ruinis cessit Benno,  
     Felix Benno, cui ex illa migranti cessit Basilica Mariana e)

## PLAVDE ELECTORALIS ECCLESIA COLLEGIATA!

Guielmo V. Pio Bay. Duci haec reservata est gloria,  
 Ut post Patris Alberti, jam id meditantis, mortem  
 Pretiosum hunc Thesaurum ex aula Ducali in hanc Marianam  
     A. 1580. 16. Junii magnifico apparatu transferret.  
 Benno eximius semper, cum viveret, Mariani cultus promotor  
     Non alio, quam in sanctissimae hujus Virginis gremio  
     Reponi, & per duo jam Secula quiescere voluit.  
     Bennoni Insignis TVteLarls

AMata reqVIes In DIVa VIrgIne, f)  
 Quae Thesaurum hunc possidet, nunquam a se afferendum. g)

- d) Exstrui caepta ab Henrico Leone Bay. Duce a 1776. dicta sub hoc Alberto, & Guielmo V. Germanica Roma.
- e) Tunc hujus Ecclesie erat Praepositus Georgius Lautherius. Decanus Sebastian. Franz Parochus Petrus Haidfalk.
- f) Haec requies mea in Seculum Seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Psalm. 131.
- g) Non afferetur ab ea. Luc. 10.

Jam prius a 1523. Ejus Sanctorum albo inserti  
Honores a Wilhelmo IV. & Ludovico fratribus Bav. Ducibus  
In praecipuis Bavariae urbibus sunt promoti. h)

## REPETE PLAVSVS BASILICA MARIANA!

Benno tuus primis jam a translatione sua annis  
In aulam, urbem, viciniam, totamque in Bavariam  
Per singularia beneficia, & patrata etiam miracula  
Eximie beneficium se se evergetam exhibuit. i)  
Hinc pia Guielmi V. liberalitas ejus aram, & imaginem  
Pretiosis ex auro & argento donis, 10. Candelabris,  
3. Lampadibus, Thuribulis, aliisque ornavit.

A. 1501. elaborata est affabre nova illius imago pectoralis  
Penitus argentea, auro, & gemmis dives,  
Cui sacra Ejus ossa omnibus gemmis pretiosiora sunt inserta.  
A. 1603. octoginta paraeciae cum Civitatibus Frisingana,  
Et Brunoviensi ad Ejus aram supplices accessere.

b) Canonizatus est ab Adriano VI. Rom. Pontif. a. 1523. non sine effusa bile Martini Lutheri, qui contra hanc Canonizationem propudiosum librum edidit cum hac infami inscriptione: *Contra novum Idolum, & antiquum diabolum Bennonem, qui Misniae altari imponetur.* Hinc Georgius fervens catholicus Dux Saxonie & Joannes VII. Misniae Episcop. hos Bavariae Duces rogarunt, ut Canonizationis Decretum Monachii, Landishuti, Ingolstadii, Landspergae &c. Templorum foribus affigi curarent.

i) Liber Monachii a. 1679. editus recenset ultra 500. beneficia, & miracula ab an. 1601. usque ad illum annum ipsius intercessione patrata.

- A. 1604. nova ara lateralis Ejus honori erecta  
Cum magnifico arcu triumphali a Maximiliano I. Bav. Duce,  
Qui ad novum hunc splendorem 1000. florenos,  
Vti aliae beneficia manus ultra 3000. florenos contulere k)
- A. 1605. urbs Augustana magno numero, sed majore devotione  
Cum Pro-Episcopo, & 3. urbis abbatibus huc peregrinate  
300. etiam florenos ad Sancti aras obtulit.
- A. 1607. Melchior Clefelius Episc. Viennensis, & S. R. E. Cardinalis  
Voti reus per continuatos 12. dies ad Ejus altare facra patravit.  
Sigismundus III. Polon. Rex quotidianam missam,  
Ferdin. II. Caesar 2. Missas hebdomadatim ibidem legendas fundarunt.
- A. 1608. erecta jam Bennonis Sodalitas a Paulo V. Rom. Pontif.  
Confirmata, multisque Indulgentiis ditata est.  
Ab a. 1580. usque ad an. 1634. urbs Monacensis, & vicinia  
A pestifera luce omnino immunis perststit,  
Quamdiu Monachii sancti ossa perstitere,  
Iis Salisburgum ob belli metum translati haec immane saeviit, l)  
Sed iisdem Monachium reductis omnino cessavit,  
Ulta centum & quadraginta annos nunquam redire ausa,  
Alia beneficia primo a translatione Seculo ab eo in Clientes  
Collata plura fere numerabis, quam seculi dies.
- k) Capitulum Colleg. 600. urbs Monacens. 1000. B. Kulmeyn 300. Baro Rech-  
bus 200. D. Heidenreich 200. Ludov. Schrenk Vic. Gen. Frising. 150. Waf-  
serburgum 100. Monasteria Benedicto Buran. 100. Nideralt. 100. Schyrense  
84. Scheftlar. 60. Tegernsee. 50. D. Guidobon. 150. supr. Cancellar. 100. Ar-  
chiater aulae 104. Udalr. de Preising 50. &c.  
l) In solo colleg. Monac. S. I. ultra 30. Patres, & fratres charitatis victimae  
cecidere.

A. 1680. primum Seculum maxima per octo dies

Solennitate, & omnium, etiam tormentorum bellicorum

Ex gemina Basilicae turri explosorum plausu est celebratum. m)

In magnifica S. Lipsanorum per urbis plateas circumductione,

Quam Maximilianus II. Princeps Electoraliscum Maximiliano  
Philippo Bav. Administratore, & conjuge Febronia comitatus est  
Circumlata est pretiosa gemmis & argento Sancti Imago,

Prope quam Sacerdotes portabant Sancti Mitram, Pedum, & Casulam,

Quae in primo sepulchro ducentis annis incorrupta inventae sunt.

Tunc S. Benno de novo electus, & promulgatus est pecularis

Ecclesiae Colleg. urbis Monacensis, & orbis Boici Patronus.

A. 1698. Jos. Ferdinand. Maximiliani II. Electoralis filius

S. Bennonis patrocinio mortis periculo mire est liberatus.

Hinc Maximilian. Pater, & Clemens Archiepisc. Colon. hujus frater

Elegantes duas argenteas, 5. pedes altas geniorum

Cum pileo, & habitu electorali speciem referentes statuas

Ad Divi Soteris aras obtulere. n)

A. 1708. extra Basilicam fons S. Bennonis dictus, erectus est,

Ex quo salutares bibentibus aquae profluunt.

Hic fons a. 1758. variis parergis & picturis est illustratus

Adjecto chronicō: ECCE, bIBITE AD fonteM saLVtIs.

m) Praepositus erat Wolfg. Sigism. B. Leibelfing. Decanus. Joan. Jac. Thalman.  
Paroch. Caspar. Höger.

n) Cum hac latina inscriptione: cum a. 1698. 13. Januar. Jos. Ferd. filius electio-  
ral. periculosisse decumberet, apparuit ei in somnis angelus manu dextra cru-  
cem gerens, & hortatus est, ut S. Bennonem invocaret, evigilans invocavit. &  
ad appetum Sancti statuae e Basilica allatae momento sanatus est.

Ejus etiam mitra aegrotantium Capitibus imposita, multis quo-  
que per hoc seculum corporis salutem attulit. Mille alia beneficia  
testantur tot aurea, argentea, & cerea anathemata, tabulae vo-  
tivae, variae oblationes. tot singulis annis ex remotis etiam op-  
pidis, & pagis institutae ad S. aras supplicationes. In geminis pree-  
sertim a. 1771. & a. 1772. ob graves urbis & Bavariae necessita-  
tes habitis circumlata per plateas argentea S. Bennonis statua, quas  
semper Maximilian. III. Elector, Maria Anna Electrix, Maria  
Anna Clementina vidua cum aula, curia, Clero, & maxima de-  
votione commitati sunt. A 1771. Senatus Monacensis huic Sancto  
suo Evergetae publicum gratitudinis monumentum posuit in testu-  
dine turris ad portam, & pontem Isarae, in cuius fornice Ejus ur-  
bem protegentis imaginem eleganti penicillo depingi curavit, in-  
scriptis in laudem hujus elementorum domitoris his verbis: Contra  
pestem, famem, ignem, & tempestates. In facie hujus triumphalis  
arcus:

DIVO BENNONI EPISCOPO, PATRIAE TTELARI  
SENATVS MONACENSIS.

Anno 1773. editus est Monachii libellus apologeticus S. Ben-  
nonis contra Milnensis Pastoris ingrati in suum popularem civis ejus  
miracula, & ossa maledice proscendentis mendacia.

## CELEBRITATI BIS SECVLARI

Dies 16. Junii felix initium dedit cantato solemnis Missae officio.

Vesperis & Lytanis, praesente Serenissima Electrice vidua.

17. interfuit officio Serenissimus Elector ab eodem Prae-  
poto Ecclef. celebrato.

Salvis Fuit is Jos. Ferd. Comes de Spaur Episc. ord. Equest. S.  
Titulus. Georg. Sacerd. Jubil.

18. Jos. Ant. Comes de Königsfeld Praepof. ad S. Wol-  
fgang, hujus ord. Equest. Decanus.

19. Franc. Praelat. Polling

20. Franc. Xav. L. B. de Feury Dec. ad S. Petri.

21.

- 21. Jof. de Oeffner Paroch.
- 22. Albert. Praelat, ad S. Magni.
- 23. Franc. Praelat. ad S. Nicol.
- 24. Carol. de Vacchieri Dec. Inful. Praep. Habac. Sac. Jubil.

Qua die novendialis haec devotio coronata est publica per urbis plateas eucharistica processione , quam praeter omnes Soda-litates, utrumque Clerum, & Capitulum comitabatur Sere-nissimus Elector cum aula , Hierothecam sacram portante eo-dem Praeposito , qui ad quatuor exstructa in plateis altaria Populo sacram benedictionem impertivit resonante Tormentorum, & fistularum militarium fragore.

Ferculum S. Bennonis Casula , mitra , & pedo ornatum

4. Senatores , & 6. ferculum ejus statua pectorali ac S. ossibus illustre sequebantur. Per hosce dies tres ab ordin Concionat. Franc. Xav. Scherer Can. dictiones sacrae habitae. Prae-ter urbem Frisinganam & Arding, oppida Dachavium, Brukum, Inderstorff ultra centum Parochiae huc peregrinatae sunt.

Communicantes in Eccl. Coll. 24000, in aliis Templis simul ultra 30000, ultra 1000. miss. sacrificia in illa celebrata,

Indulgentias plenarias per modum Jubilaei concedente Roma, Cantato in ea Hymno ambrosiano tota solennitas est finita.

Tempestate pluvia sub meridiem, quod mirum, repente in serenam mutata.

Sicque maxima omnium devotione , & solatio

PLAE BENNONIAE VENERATIONI  
SECVNDI SECVLI IMPOSITVS FINIS.

Qui Te Patronum per secula bina colebant,

O Benno , Bavaris perge favere tuis.

## AD BAVAROS.

Hic bellum lacrymosum , hic miseram famem,  
Pestemque a populo , & Principe procul

Vesta motus aget prece,

*Horat. Lib. 1. od. 21.  
de Apolline.*

A. C. 1780,